



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 17. An ira & iracundia sint idem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

Ille monet, ne fræna animo per mitte ca-
lenti.

Statius
lib. 8.
Theb.

Da ſpaciũ, tenuemq; moram: male
cuncta miniſtrat

Impetus: hoc oro munus concede pa-
renti.

PARS TERTIA.



RÆ vt varij ſunt effectus, ita & va-
ria genera reperiuntur. Quemad-
modum enim etiam iratus & ira-
cundus non ſunt idem, licet ſæpe in vno con-
ueniant, ita neque vna ira idem eſt, quod al-
tera. Poſſeſt aliquis timidus eſſe, & non ti-
mere. Poſſeſt alius timere, qui timidus non
eſt; ſicut ebrius fieri poſſeſt, qui non eſt ebri-
oſus. Ita iratus poſſeſt non eſſe iracundus: ira-
cundus poſſeſt aliquando iratus non eſſe. Cetera,
quæ pluribus, apud Græcos, nominibus in ſpecies
iram diſtinguunt, quia apud nos vocabula non
habent, præteribo, ait Seneca: etiamſi amarum
nos, acerbumq; dicimus, nec minùs ſtomachofum,
rabioſum, clamofum, difficilem, aſperum: quæ
omnia irarum differentie ſunt. Inter hos moro-
ſum ponas licet, delicatum iracundia genus. Qua-
dam enim ſunt ira, quæ intra clamorem confi-
dant; quedam non minùs pertinaces, quàm fre-
quentes;

XVII.
AN IRA
ET IRA-
CUNDIA
SINT
IDEM?
Aristot. 4
Ethic.
Nicom.
cap. 5.
Senec. l. 1.
de ira c. 4.

T 5

quentes;

Cic. lib. 4
99. Tulc.

Aristot.
lib. 1. de
anima
cap. 1.

Sueton.
in Claud.
c. 38.

Aristot.
lib. 2.
Rhetor.
cap. 21.
XVIII.
ODIVM
NIHIL ES-

quentes; quædam senu manu, verbis parciores; quædam in verborum maledictorumq; amaritudinem effusa; quædam ultra querelas & auersiones non exeunt; quædam alta grauesq; sunt, & introrsus versa.

Ad eundem modum Cicero ait: In alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt, ut anxietas ab angore. Neque enim omnes sunt anxij, qui anguntur aliquando: neque anxij semper anguntur. ut inter ebrietatem & ebriositatem interest, aliudq; est, esse amatorem, aliud amantem. Itaque iracundia est propensio quædam & habitus ad iram; ira cupiditas doloris reponendi. Latius alij iracundiam longam iram esse volunt, & quasi odium.

Ita enim de Claudio loquitur Suetonius: Ira atq; iracundia conscius sibi, utramq; excusauit edicto, distinxitq;: pollicitus, alteram quidem breuem & innoxiam; alteram non iniustam fore. Ac sanè ira inueterata, est odium, quod qui iracundiam vocare velit, non multum est cum eo de nomine litigandum, quia hæc sermone communi sæpe confunduntur. Nostri illam iram celerem & acutã, istam maniam vocant, de qua illud Aristoteles monet: *Iram immortalẽ, cum sis mortalis, non serua.*

Dixi de celeri & acuta, quæ etsi excandescencia est quædam, ac ira velut incipiens & nascens